FLORA.

64. Jahrgang.

No. 15. **Regensburg, 21. Mai** **1881.**

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. — F. von Thümen: Diagnosen zu Thümens's „Mycotheca universalis." — Personalnachrichten. — Anzeigen. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XIII.

282. *Lecania* (sect. *Semilecania*) *Vieillardi* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) tenuissimus, flavescenti-virens v. subglaucus, orbicularis, continuus, margine effusus, emergentiis apotheciorum novellorum dense concolori-verrucosus; gonidia globosa; apothecia primum sub forma verrucarum thallinarum exiguarum emergentia et clausa, dein aperta, thallino-marginata, demum magis explanata et circ. $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, tenuiter at prominenter albido-marginata, discus demum rubricose aurantiacus; lamina tota hyalina, paraphyses conglutinatae, pro minutie sporarum crassiusculae; asci 8-spori, valde exigui; sporae tantum 5—7 μ longae, 2—$2^1/_2$ μ latae, recte lineari-ellipsoideae, 2-loculares. — Prima fronte *Lecaniam heterochroam* simulans, praesertim thallo optime cum ea quadrans, sed apotheciorum discus intensius coloratus, primum non albus et sporae omnino aliae et valde exiguae. A *Biatorinopsi lutea* jam gonidiis et margine thallino apotheciorum differt. — Habitat in foliis Rubiaceae cujusdam in Nova Caledonia, in cl. et egreg. Vieillardi n. 2798.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0227-0

283. *Lecania* (sect. *Eulecania*) *heterochroa* Müll. Arg.; „*Lecanora dimidiata* Ach." in Leight. Lich. amazon. Sprucean. p. 446 [quae tamen in operibus Acharianis non exstat et quae dimidiati nihil offert, nisi forte nomen ad campylidia, quasi dimidiata, formatum]. Thallus (epiphyllus) tenuissimus, flavicanti-cinereus, laevis, irregularis, margine vage effusus; gonidia globosa; apothecia sub forma verrucarum exiguarum cum thallo concolorium e thallo emergentia, dein denudata, tota albida, prominenter marginata, evoluta paullo majora et diametro circ. $1^1/_2$ mm. aequantia, discus tum aurantiacus v. fulvo-aurantiacus, concaviusculus, margine thallino extenuato pallido integro v. subintegro cinctus; lamina cum epithecio hyalina, nana, hypothecium fulvescens; paraphyses conglutinatae; asci 8-spori, latiuscule cylindrici; sporae late dactyloideae, 11—15 μ longae, 4—$4^1/_2$ μ latae, rectae v. etiam saepe leviter incurvae, utrinque obtusae. — Habitat foliicola in regione amazonica prope Para ad Carissi: Spruce (a cl. Babingt. benevole commun.), et minus bene evoluta in Acrosticho prope Ocana in Nova Granata (in Schlim. n. 726), et in foliis *Psychotriae terminalis* in Brasiliae Serra dos Orgaos.

284. *Lecidea* (sect. *Biatora*) *Piperis* Sprgl., Nyl.

v. *foliicola* Müll. Arg.; thallus tenuis, laevis, olivaceo-virens; apothecia pro magna parte exigua et glomeratim aggregata, pauca plane evoluta et normalia; hypothecium fulvescenti-fuscum; sporae quam in planta normali leviter minores, 10—12 μ longae, $5^1/_2$—7 μ latae. — Habitat in foliis coriaceis prope Rio de Janeiro, ubi planta normalis frequenter corticola occurrit: Glaziou n. 3267. B. pr. p.

285. *Patellaria* (sect. *Psorothecium*) *endoxantha* Müll. Arg. Valde affinis *Patellariae endochromati*, s. *Lecanorae endochromati* Fée Ess. p. 114 t. 29 fig. 1, sed thallus albus et zona hypothallina lineari nigra cinctus, apothecia 1—$2^1/_2$ mm. lata evoluta convenientia sed juniora in eo omnino recedunt quod supra undique (in disco simulque in margine) nigra v. subnigra, nec margine late e fusco flavescenti-vitellina et tantum medio anguste nigro-oculata, extus autem inferne (a latere visa) obscure livido-vitellina sunt. Hypothecium crasse nigricans v. subnigrum, in *P. endochromate* autem tenue tantum et leviter nigrescens et thallus magis flavicans, nec hypothallo nigro-limitatus. Reliqua conveniunt: apothecia intus sub hypothecio intense flavissima, sporae in ascis 2—3-nae, circ. 17—18 μ longae et 5—7 μ latae, hyalinae

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0228-6

et biloculares, ambitu oblongatae. — Crescit corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 353 pr. p.

286. *Patellaria* (sect. *Psorothecium*, genus *Psorothecium* Mass. Esam. p. 16) *vigilans*; *Lecanora vigilans* Fée Ess. p. 114 t. 29 f. 1; *Lecidea versicolor* v. *vigilans* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 65. — Sporae normaliter geminatae, rarius simul et 3—4 in ascis.

v. *nigricans* Müll. Arg.; apothecia tota jam ab origine e fusco nigricantia v. fere nigra. — Reliqua cum forma primitiva speciei bene congruunt. Magnitudo et ambitus sporarum ludunt. — Corticola crescit prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 353 pr. p., 472, 485; in insula Sanctae Catharinae ejusdem imperii: Pabst; prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 1943, in Nova Granata: Lindig n. 7, 102, 2625, 2682, 2772 (quoad mea specimina), prope Caracas: Dr. Ernst; nec non in cortice officinali *Chinae fuscae*. In America meridionali frequentius occurrit quam forma primitiva Taylori, quam e Mexico, Caracas et Rio de Janeiro habeo.

287. *Patellaria* (sect. *Psorothecium*) *livido-cincta* Müll. Arg. Thallus effusus, albidus, continuus, sat tenuis, laevis v. sublaevis, haud nigro-limitatus; apothecia 1—$1^1/_4$ mm. lata, sessilia, primum livido-pallida et fere gyalectoidea, semper obtuse et prominenter marginata, margo junior supra extus livido-flavicans, dein livido-cinerascens, demum nigro-lividus, madefactus magis virens; discus planus, mox livido-nigricans v. subniger, madefactus obscure lividus v. atroprasinus; epithecium tenuiter coeruleo-virens v. virens v. atro-aeruginosum, lamina subhyalina v. distincte virens, hypothecium hyalinum; asci 2-spori; sporae 44—52 μ longae, 12—20 μ latae, hyalinae et biloculares, juniores angustiusculae et utrinque subattenuatae, evolutae autem utrinque rotundato-obtusae. — Sporae et apothecia minora quam in affini *P. vigilante*, et epithecium et lamina aliter colorata. — Ad macrocarpam *Lecideam glaucescentem* Nyl. Lich. Lechl. n. 2562.a evidenter accedit. — Habitat corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 381, 1080, 1083.

288. *Patellaria* (sect. *Biatorina*) *pulverulenta* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) subdisperso- et subleproso-pulverulentus, valde tenuis, aeruginoso-niveus, vage effusus; gonidia globosa, saepe glomerulosa; apothecia primum in verrucula alba poriformia, dein magis aperta, biatorina, aurantiaco-pallida v. pallida, demum $^3/_{20}$ mm. lata v. paullo majora, discus nudus, aurantiacus v. carneo-aurantiacus, margine integro pallidiore et modice pro-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0229-4

minente demum minus distincto et subconcolore cinctus, madefacta tota albido-carnea; lamina tota cum hypothecio hyalina; paraphyses conglutinatae; asci angusti 8-spori; sporae 6—8 μ longae, 2—$2^1/_2$ μ latae, fusiformi-ellipsoideae, oblongatae, 2-loculares et hyalinae. — Arcte ad *Lecideam dilucidam* Krplh. Südsee Ins. p. 11 accedit, sed thallus et apothecia paullo aliter colorata, thallus non continuus et asci multo angustiores. A subsimili *Patellaria farinulenta* Müll. Arg. Lich. Afric. occid. p. 22, quae etiam foliicola, differt sporis 2-locularibus. — Crescit in frondibus Polypodii prope Caracas, in Lindenii n. 183 lecta.

289. *Patellaria* (sect. *Biatorina*) *leptoloma* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) tenuis, sublaevis v. demum rimulosus, subdeterminatus, cinereo-virens; gonidia globosa; apothecia $\frac{18—20}{100}$ mm. lata, deplanato-biatorina, adpressa et tenuia, tenuissime marginata; discus planus, albido-carneus, nudus, madefactus subhyalinus, margo pallidior, demum vix distinctus; lamina tota hyalina v. vitreo-alba, nana; paraphyses parcae, arcte cum ascis conglutinatae; asci elongato-obovoidei, 8-spori; sporae 10—13 μ longae, 4—5 μ latae, oblongo-ovoideae, utrinque rotundato-obtusae, medio subconstrictae, superne saepe distincte crassiores, 2-loculares et hyalinae. — Ad *Lecideam perminimam* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 57 proxime accedit, quae magis micro- et pycnocarpa. Absque lente vix perspicua. — Habitat in foliis coriaceis Myrtaceae cujusdam sat grandifoliae prope Rio de Janeiro: Glaziou, sine no.

290. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *rotuliformis* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) orbillis perexiguis $^1/_5$—1 mm. latis subregularibus planis v. concaviusculis e cinereo distincte flavicantibus hinc inde demum confluentibus laevibus monocarpicis constitutus; gonidia globosa; apothecia ab origine aperta, innata, semper nigro-fusca et nuda, opaca, mox orbilla medio magis turgescente quasi thallodice marginata; margo proprius caeterum cum disco concolor et eum haud superans, in sectione cum hypothecio violaceo-nigricans; apothecia evoluta $^1/_2$ mm. lata; paraphyses parcae et conglutinatae; asci 8-spori; sporae hyalinae et 4-loculares, halone distincto involutae, 14 μ longae, cum halone 5 μ latae. — Species valde distincta, primo intuitu ob marginem spurium *Platygraphan* aut *Lecanoram* simulans, sed gonidia alia et apothecia ex origine vere lecideina. — Crescit in foliis Rubiaceae cujusdam in Nova Caledonia, in cl. Vieillardi n. 2798.

291. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *Sprucei*; *Lecanora Sprucei* Babingt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0230-5

in Leight. Lich. Amaz. Spruce p. 446 no. 122 (nomen tantum). Thallus (epiphyllus) tenuissimus, continuus, circ. pollicem latus, ambitu angulosus et effusus, glauco-virens v. subaeruginosus, laevis, sub gravissima lente rugulosus; gonidia globosa; apothecia dense sparsa, numerosa, evoluta $^2/_{10}$ mm. lata, regularia, sessilia, novella sublecanorina, extus cum thallo subconcoloria, margine tenui modice prominente cincta, mox autem immarginata et tota olivaceo-nigricantia v. subnigra, opaca, nuda, subconvexo-plana; lamina olivaceo-subhyalina, apice obscurior, hypothecium olivaceo-fuscum, paraphyses parcae, cum ascis conglutinatae; asci late cylindrici, breves, 8-spori; sporae 12—14 μ longae, $4^1/_2$—5 μ latae, oblongato-ellipsoideae, vulgo utrinque distincte obtuse angustatae, modice incurvae, 4-loculares, loculi sub-ventricosuli. — Habitat in foliis prope Carissi in regionis amazonicae prov. Para: Spruce (a cl. Rev. Babington benevole missa).

292. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *Psychotriae* Müll. Arg. Species proxime accedens ad *Patellariam Sprucei*, sed thallus obsoletus, ex colore albido marginis apotheciorum tamen verisimiliter albus, apothecia leviter majora, laxius sessilia, margine acutiore subpersistente livido-albescente cincta, discus niger v. madefactus nigro-fuscus, lamina purius hyalina, epithecium fulvo-fuscescens, hypothecium crassum et fusco-nigricans, paraphyses et asci ut in comparata specie; sporae in eo recedunt quod rectae v. subrectae, paullo longiores, 15—17 μ longae et paullo tenuiores, sc. 4—$4^1/_2$ μ latae, unde ambitus distincte angustior, loculi non ventricosuli. — Apothecia primum fere lecanorina, sed margo demum evanescens et valde angustus. — Habitat in foliis Psychotriae ad Rio Negro Brasiliae (hb. Müll.).

293. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *Stanhopiae* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) albus v. albidus, tenuissimus, continuus, suborbicularis, circ. 1 cm. latus, verrucis exiguis albis semiglobosis adspersus, margine effusus; gonidia globosa; apothecia $\frac{3—7}{20}$ mm. lata, laxe sessilia, primum sublecanorina, margine primum albescente dein mox fusco semper tenui et demum subobsoleto nunquam prominente cincta, discus fuscus v. nigro-fuscus, nudus et opacus; lamina circ. 40 μ alta, cum epithecio subindistincto hyalina, hypothecium crassiusculum, olivaceo-fuscum v. olivaceo-nigricans; paraphyses parcae, tenues, subramosae (non connexae), conglutinatae; asci cylindrico-obovoidei, 8-spori; sporae 8—12 μ longae, 3—4 μ latae, fusiformi-ellipsoideae, 3-septatae. — Species

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0231-1

modesta at bene distincta, in vicinitate *Lecideae thysanotae* Tuck. inserenda. — Habitat in foliis *Stanhopiae Wardi* Lindl. (Orchidac.) prope Caracas: Dr. Ernst, sine no.

294. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *cinnamotricha* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) cinnamomeus, tenuissimus, anguloso-suborbicularis, continuus, margine effusus, non granulis adspersus; gonidia globosa; apothecia $\frac{3-6}{20}$ mm. lata, sublecanorina, margine tenui madefacto lato cinnamomeo et extus brevissime cinnamomeo-hirto v. -barbatulo caeterum nunquam prominente cincta, discus cinnamomeo-fuscus, nudus, opacus; lamina hyalina, hypothecium olivaceo-fuscum, asci 8-spori; sporae circ. 11 μ longae et 3—$3^1/_2$ μ latae, oblongato-ellipsoideae, 4-loculares. — Species parvula facileque praetervidenda, cum *Patellaria Stanhopiae* commixtim in iisdem foliis crescens et quacum multis characteribus convenit, sed jam colore thalli et marginis, thallo non granuligero et praesertim vestimento marginis distincta, quo ultimo charactere ad affinem sed diversam *Biatoram tricholomam* Montgn. Cryptog. guyan. n. 114 accedit. — Crescit in foliis *Stanhopiae Wardi* prope Caracas: Dr. Ernst, sine no.

295. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *argyrotricha* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) exiguus, 1—4 mm. latus, anguloso-orbicularis, griseo-argenteus, plures subgregarii, margine byssino radiantes et supra byssino-filamentosi, demum sublaeves; gonidia globosa, diametro tantum 4 μ aequantia; apothecia evoluta $^2/_5$—$^1/_2$ mm. lata, primum pilis griseo-argenteis longiusculis villosulo-ciliata et quasi tecta, demum denudata, plana, tenuia, leviter et non prominenter marginata, carneo-fuscescentia; lamina tota cum epithecio et hypothecio hyalina, paraphyses crassae, liberae; asci cylindrico-obovoidei, 8-spori; sporae 2—4-loculares et hyalinae, 12—15 μ longae, $4^1/_2$ μ latae, ambitu angustato-ovoideae. — Thalli prima fronte *Strigulam nitidulam* simulant. Species eximie distincta. — Crescit in foliis prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 379 b.

296. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *filicina* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) tenuissimus, laevis, aeruginosus et albo-granuliger, lacero-orbicularis v. irregularis, parvus, margine effusus; gonidia globosa; apothecia evoluta $^1/_4$—$^1/_3$ mm. lata, margine prominente crassiusculo integro obtuso pallide fusco cincta, discus planus v. subconcavus, cinnamomeus et nudus; lamina hyalina, epithecium e fulvo fuscescens, hypothecium fulvo-fuscum, paraphyses paucae, conglutinatae; asci late cylindrici, 8-spori; sporae

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0232-7

12—14 μ longae, $4^1/_2$—$5^1/_2$ μ latae, hyalinae, 4-loculares, loculi non ventricosuli. — Thallus ut in *Lecania heterochroa* et in *Patellaria Sprucei*, sed minutulus et magis lacerus et discus apotheciorum cinnamomeus. Apothecia evoluta satis similia iis *Lecideae Piperis* Sprgl. — Habitat in frondibus Acrostichi ad Rio Negro Brasiliae, in cl. Sprucei n. 2309.

297. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *aeruginosula* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) aeruginosus, lacero-irregularis, tenuissimus, laevis; gonidia subanguloso-globosa, saepe nonnihil conglomerata; apothecia $\frac{4-5}{40}$ mm. tantum lata, laxe sessilia, biatorina, roseo-nivea, primum albo-subpulverulenta, dein magis albido-rosea, margo albus, haud prominens, demum subindistinctus; lamina undique cum epithecio et hypothecio hyalina, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae 4-loculares et hyalinae, 11—14 μ longae, 3—$3^1/_2$ μ latae, cylindrico-ellipsoideae, utrinque obtusae, subincurvae. — Prope *Lecideam pallidulam* Krplh. Lich. Becc. p. 27 et *Lecideam subincolorellam* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 41 inserenda est. — Crescit in foliis „*Cephaëlidis tomentosae*“ in Guyana gallica (hb. Müll.).

298. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *fuscatula* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) olivaceus, irregulariter orbicularis, tenuissimus, laevigatus; apothecia $\frac{2-4}{20}$ mm. lata, fusca, madefacta rufescenti-fusca et subtranslucentia, tenuia, adpressa, plana, margo haud prominens, discus margine obscurior; lamina tota cum epithecio et hypothecio hyalina, paraphyses conglutinatae; asci 8-spori: sporae hyalinae, 4—7-loculares, 15—18 μ longae, 3 μ latae, tenuiter cylindrico-ellipsoideae. — Species valde distincta, prope *Lecideam prasino-rubellam* Nyl. Lich. Kurz. Jav. n. 35 locanda. — Habitat in foliis prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari (sine no. inter alia phyllogena), et in foliis *Smilacis solanifoliae* A. DC. prope Caracas: Dr. Ernst.

β. *nigricans* Müll. Arg. Apothecia demum nigricantia (novella tamen exigua ut exigua formae genuinae speciei). — Reliqua bene conveniunt. — Habitat foliicola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 361 pr. p.

299. *Patellaria* (sect. *Bilimbia*) *rufula* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) ex olivaceo flavicans, irregulariter orbicularis, tenuissimus et laevis; gonidia globosa et ellipsoidea; apothecia $^1/_4$ mm. lata, plana tenuissime subconcolori-marginata, tota cinnamomeo-rufula, margo haud prominens; lamina tota cum epithecio et hypothecio hyalina, paraphyses conglutinatae, asci

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0233-2

8-spori, cylindrico-obovoidei; sporae hyalinae et 6—8-loculares, 15—25 μ longae, $3^1/_2$—5 μ latae, saepe paullo incurvae et ad dissepimenta obsolete constrictae. — Similis et proxime affinis *Patellariae fuscatulae*, sed thallus magis flavicans, apothecia laetius rufo-fusca et sporae multo majores et magis divisae. — Crescit in foliis prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1034 pr. p. et 1088 pr. p. cum aliis commixtim habitans.

300. *Patellaria* (sect. *Bombyliospora*, genus *Bombyliospora* Auct.) *chloritis* Müll. Arg.; *Lecidea chloritis* Tuck. ap. Nyl. Lich. exot. Borbon. p. 261 et in Prodr. Nov. Gran. p. 66 in observ. — Apiahy: Puiggari n. 1028, 1231.

v. *nigrata* Müll. Arg. Apothecia e fusco v. nigro-livido v. pro parte e nigrescenti-albido mox nigrata. — Reliqua conveniunt. — Habitat corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 997 pr. p., et 1027.

301. *Patellaria* (sect. *Bacidia*) *pallido-carnea* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) tenuissimus v. subindistinctus, flavescenti-pallidus, laevis; gonidia globosa; apothecia $\frac{4-6}{10}$ mm. lata, sublaxe sessilia, biatorina, pallide carnea v. madefacta e carneo albida, planiuscula v. leviter convexa, nuda, margine tenuissimo haud prominente concolore v. intus linea leviter virente praedito cincta; lamina cum epithecio et hypothecio omnino hyalina, paraphyses satis cohaerentes, asci angusti, 8-spori; sporae 36—50 μ longae, tenuissimae, alteram extremitatem versus leviter crassiores ibique 1—$1^1/_2$ μ tantum latae, haud strictae, evolutae 4—8-loculares. — Pallidam *L. pineti* auct. subsimilans, sed apothecia plana v. subplana et sporae diversissimae. Apothecia longe pallidiora quam in *Lecidea hostheleoide* Nyl. in Prodr. N. Gran. p. 60, fere in cerinum vergentia. Prope *Lecideam ischnosporam* Nyl. l. c. p. 61 et *L. trichosporam* ejusd. l. c. p. 555 locanda est. — Crescit in foliis prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 492 pr. p.

302. *Melaspilea brachycarpa* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) olivaceo-fuscescens, vage effusus, tenuissimus, vix nisi maculiformis; apothecia ex orbiculari elliptica v. obtuse subtrigona, exigua, tantum $\frac{10-15-18}{100}$ mm. longa et $\frac{6-8}{100}$ mm. lata, ambitu obesa, nigra, opaca, pyramidali-convexa, medio latius rimigera, rima linearis v. subtrigona; lamina subhyalina, hypothecium fuscum, paraphyses intricato-ramosae, eximie tenellae, asci obovoidei, 8-spori; sporae hyalinae et subsoleaeformi-biloculares, 10—12 μ longae, 5 μ latae, loculus superior distincte brevior et leviter

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0234-8

latior. — Nulli nisi *M. opegraphoidi* Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 111 arcte affinis est a qua ambitu et minutie apotheciorum et sporis paullo brevioribus differt. — Crescit in Serra dos Orgaos Brasiliae, in foliis *Lagellae alpestris* Gardn. (in Gardn. n. 5849).

303. *Arthonia cyanea* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) tenuissimus, 4—8 mm. latus, anguloso-orbicularis, caesio-albidus, continuus, margine effusus; gonidia phyllactidialia; apothecia $^2/_3$—1 mm. lata, anguloso-orbicularia, plana, nigro-fusca, intense cyaneo- v. e caesio cyaneo-pruinosa, haud marginata, intus obscura; lamina olivaceo-subhyalina, asci subglobosi, 8-spori; sporae hyalinae et 4-loculares, 16—19 μ longae, 5—$5^1/_2$ μ latae, dactyloideo-ovoideae, superne rotundato-obtusae et latiores, articulus terminalis distincte major. — Species colore pulchre aeruginoso-cyaneo apotheciorum et thallo albido-caesio valde distincta et elegans, ex affinitate *A. pruinosulae* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 573 et *A. subgyrosae* ejusd. Lich. Kurz. Bengal. n. 17. — Crescit in foliis *Mapouriae Velhanae* Müll. Arg. (Rubiacear.) prope Bahiam et in frondibus Acrostichi in insula Cuba, in Lindenii n. 2158.

304. *Arthonia trilocularis* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) pertenuis et vix perspiciendus, olivaceus; apothecia $^1/_3$ mm. lata, sicca et madefacta nigra v. potius fusco-nigra, anguloso-orbicularia, immarginata, late depresso-concaviuscula, nuda et opaca, valde tenuia, intus obscura; lamina olivacea, asci obovoidei, 8-spori; sporae hyalinae et 2-septatae s. triloculares, cylindrico-obovoideae, 10—12 μ longae et 4 μ latae, loculi omnes aequilongi. — Prope *A. microspermoidem* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 107 in not. et juxta *A. aciniformem* Stirt. Lich. on Leaves p. 7 inserenda est. — Crescit in foliis Menispermaceae cujusdam (nisi fallor) in Madagascaria (hb. Müll. Arg.).

305. *Arthonia Myristicae* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) pertenuis, vage effusus, ex olivaceo-fuscescens, laevigatus; apothecia $^1/_4$ mm. lata, obtuse anguloso- v. subregulari-orbicularia, deplanata et valde tenuia, sicca fusco-nigricantia, madefacta distincte fusca; lamina ex olivaceo subhyalina, asci 8-spori; sporae clavato-obovoideae, 9—13 μ longae, 4 μ latae, hyalinae, 2-septatae s. 3-loculares, loculus superior major. — Species juxta proximam *Arth. accolentem* Stirt. Lich. on Leaves p. 7 locanda est, a qua colore thalli, apotheciis et sporis minoribus differt. *A. subconveniens* Nyl. in Flora 1867 p. 440 dissimilis est et magis distat. — Crescit in Philippinis in foliis *Myristicae bracteatae* v. *longifoliae* Alph. DC., in Cumingii n. 829.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0235-4

306. *Arthonia livido-fusca* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) pertenuis, vix distinctus, olivaceo-virens, vage effusus; apothecia circ. $^1/_2$ mm. lata, orbicularia, nonnihil angulosa, sicca coerulescenti-nigra, opaca, valde deplanata, tenuissima, immarginata, madefacta statim turgido-convexa et livido-fuscescentia, subpellucida; lamina olivaceo-virens, nanissima; asci subglobosi, 8-spori; sporae hyalinae et 2-loculares, 9—11 μ longae, 3 μ latae, graciliter obovoideae, loculus superior inferiore leviter latior et brevior. — Juxta proximam *A. aciniformem* Stirt. Lich. on Leaves p. 7 locanda est a qua colori thalli et apotheciorum et sporis ambitu gracilioribus differt. — Habitat in insula Borneo, in foliis Lauraceae cujusdam in Becc. n. 1545.

307. *Arthonia cinnabarinula* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) tenuissimus, argillaceo-virens, laevis, subdesquamescens; systema gonidiale pertuso-phyllactideum; apothecia tota $^1/_5$—$^1/_4$ mm. tantum lata, obtuse astroideo- 2—5-ramea, ramis ambitu latis et obtusis vix longioribus quam latis, tota coccineo-sanguinea, planiuscula, discus in ipso margine magis opacus; lamina tota cinnabarino-rubens; asci obovoidei, 4—8-spori; sporae hyalinae et 2-loculares, tantum 6—8 μ longae et 2—2$^1/_2$ μ latae, anguste cylindrico-obovoideae, articulus superior inferiore distincte brevior et latior. — Species distinctissima, nulli arcte affinis, primo visu quasi forma perexigua *A. cinnabarinae*. — Crescit in foliis prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 384 pr. p.

308. *Arthothelium phyllogenum* Müll. Arg. Thallus (epiphyllus) tenuissimus, subindistinctus, albidus; apothecia $^1/_4$ mm. lata, regulariter orbicularia, *Lecideae* speciem minutulam simulantia, leviter convexa, subrugulosa, opaca, nigra, obsolete v. non marginata; lamina subhyalina, epithecium et hypothecium olivaceo-nigricantia; asci 1-spori; sporae hyalinae, 70 μ longae, circ. 23 μ latae, oblongo-ellipsoideae, crebre parenchymaticae, transversim circ. 17—20-septatae, loculi longitrorsum 4—5-septati. — Species valde distincta, nulli cognitarum arcte affinis, melano-microcarpa, macrospora, sporis solitariis insignita. Apothecia sicca subsimilia sunt iis *Heterothecii Puigarii*, cujus sporae etiam fere conveniunt, sed apothecia madefacta statim recedunt, nigra remanent, immarginata v. subimmarginata sunt, caeterumque minora et arcte adnato-adpressa. — Habitat in foliis prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 370.

309. *Coenogonium pannosum* Müll. Arg. Thallus 1—3 cm. latus, horizontalis, undique laxe adnatus et dense intricato-pan-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0236-0

nosus, flavescenti-virens, superficie quasi tonsus et crispulus; filamenta gonidiifera 6—8 μ lata, articulata, articuli $2^1/_2$—4-plo longiores quam lati, filamenta hyphoidea (involventia) tenuissima, nunc nulla, nunc pauca et filamenta collectiva tum 8—11 μ lata; apothecia $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, pallido- v. subinde albido-aurantiaca, plana, pallidius et tenuiter marginata, demum immarginata et leviter convexa et magis carnea; lamina hyalina, paraphyses facile separabiles, tenuissimae, apice in caput obovoideum iis 3-plo latius et ob praesentiam microgonidiorum plurium nonnihil virens abeuntes; asci assueto more tenuiter cylindrici, 8-spori; sporae 2-loculares, 6—7 μ longae, 3—4-plo longiores quam latae, fusiformes, utrinque acutae. — Sub lente prima fronte a reliquis thalli superficie crispule et intricatim tomentosa distinguitur. — Prope *C. dialeptum* Nyl. Coenog. p. 90, *C. dialeptizum* Stirt. Lich. on Leaves p. 5 et *C. tenuissimum* Krplh. Lich. Becc. p. 26 locandum est. — Crescit ad cortices prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1026.

310. **Observatio über Coenogonium.** Mein neues unter voriger Nummer bezeichnetes *Coenogonium pannosum* hat die Eigenthümlichkeit, dass seine Fäden entweder ganz einfach, ohne umhüllende Elemente, oder dann auch mit einigen ganz wenigen einhüllenden Elementen vorkommen. Ein einfacher Faden der ersten Categorie hat mir nun auch, beim Studium der Species, einen Zustand dargeboten, der zur richtigen Auffassung der beiden Elemente, gegen Prof. Schwendener's Theorie, auf's Bestimmteste Klarheit giebt. — Dieser Faden, mit einem Durchmesser von 8 μ, zeigte im Innern die sogen. Confervenglieder, von gelbgrüner Farbe und ohne Microgonidien, und ging dann fast plötzlich (kegelförmig), und ohne irgendwelche Unterbrechung, in einen gleichförmig sehr schmalen Faden über von bloss 2 μ Breite, in welchem die Microgonidien in gewohnter Form, Farbe und Grösse, in einer lax rosenkranzförmigen Reihe schön deutlich vorhanden waren. Dieser Faden, der also nach der einen Richtung hin sogen. Algenzellen, nach der andern hin aber Microgonidien enthielt, war eine und dieselbe Zelle, nur sehr erweitert um die „Confervenzellen", sehr verengt um die Microgonidien. Nun stimmte aber der verengte Theil völlig mit den sogenanten äussern umhüllenden „Pilzelementen", die bei andern Fäden derselben Species auch vorkommen, und wo die Microgonidien mit den stärkern Hartnack'schen Immersionssystemen

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0237-5

sich leicht nachweisen lassen, und der erweiterte Theil war identisch mit dem centralen grünen Faden, der „Alge", der anderwärts von den sogen. „Pilzhyphen" umsponnen ist. — Obige durch ungleiche Ausbildung dimorph gebliebene, hier weite, dort sehr verengte Zelle, entspricht folglich, in einer und derselben Person, zugleich der theoretischen Alge und dem theoretischen Pilz. Die beiden auf den ersten Blick so verschiedenen Fäden sind also absolut ein und dasselbe Organ in verschiedener Entwicklung, sie sind beide lichenische Thallushyphen, die dünnen umhüllenden mit Microgonidien oder Vorstadien der Gonidien, die dicken dagegen mit ausgebildeten Gonidien. Von Pilzen und Algen kann also hier nicht mehr die Rede sein, was schon bereits anderwärts von Dr. Minks für andere Gruppen in allgemein gültiger Weise gründlich festgestellt wurde.

Es folgt daraus, dass der Thallus von *Coenogonium* aus Microgonidien führenden Hyphen gebildet ist, von denen in der Regel je mehrere in ein fadenförmiges Bündel mehr oder weniger verwachsen sind und von denen nur die centrale Hyphe definitive langgestreckte grosse und concatenirte Gonidien ausbildet, während dem die peripherisch liegenden Hyphen dünn bleiben und mit den Microgonidien als solchen verharren. Seltener sind diese fädigen Hyphenbündel auf eine einzige Hyphe reducirt, welche dann unter Umständen, wie im obigen Falle, zugleich beide Stadien darstellen kann. Die Gonidien sind also langgestreckt und in Ketten verbunden, so dass die schon früher, vor der Kenntniss der Microgonidien, von Dr. Nylander (Coenog. pag. 88. in Observ.) hypothetisch ausgesprochene Idee über die Bedeutung der verschiedenen Thallusfäden jetzt durch die Microgonidien als richtig erwiesen sind.

Daraus folgt weiter noch, dass auch die bis dato zweifelhaft gebliebene systematische Stellung von *Coenogonium* jezt fixirt ist. Die Gonidien gehören in's System derer der *Graphideen* und das Genus ist nächstverwandt mit meiner kürzlich publizirten Gattung *Biatorinopsis*, welche nach bloss carpischen Characteren von *Coenogonium* nicht getrennt werden könnte.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0238-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1881

Band/Volume: 64

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 225-236